

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6972

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Nicolas-lès-Cîteaux, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** lettre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1169

**Lieu d'émission :** Bur

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Lettre de Henri II aux abbés de l'ordre de Cîteaux, touchant une conférence avec les légats du Saint-Siège.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCLXXXVIII, t. 1, p. 438-439.

## Dissertation critique

Datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Anglie, et dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie, viris venerabilibus abbatii Cisterciensi et universis abbatibus Cisterciensis ordinis, qui ad capitulo Cisterciense conveniunt, salutem et sincere dilectionis affectum.

De vestra sinceritate et religione plenius confidens et constantius presumens, universitati vestre devote supplico, humiliter petens quatenus mei et heredum meorum memoriam habeatis, necnon et fidelium meorum, quatenus precibus vestris mihi propensius inclinetur divina clementia, nobisque miserationem ejus propitiam facere studeatis, ut cum pace solida et continua nos dirigat, et regnum meum et alias terras mihi subditas conservet. Preterea vobis innotescere volo quod nuntios domini pape, viros venerabiles, Gratianum domini pape notarium, et magistrum Vivianum sancte Romane ecclesie advocatum, quos pro negotio archiepiscopi Cantuariensis ad me transmisit, honorifice suscipere, petitionem ejus per eosdem mihi porrectam devote, sicut decuit, audire curavi. Eadem autem petitioni, adhibito consilio archiepiscoporum et episcoporum et abbatum plurium, benigne et sufficienter respondere cum predictorum nuntiorum consensu studui, sicut vos subscripta docebunt, ut domino pape omnimodam videar in hoc negotio exhibuisse reverentiam, licet semper juri stare, et quod inter nos jus statueret subire petiisse a primordiis hujus cause, et sepius postulassem ut a latere domini pape transmitterentur qui, de ista causa plenius cognoscentes, illam equitatis fine concluderent. Archiepiscopus Cantuariensis, sicut ad remotiores finium vestrorum partes fama discurrente divulgatum est, sine mea licentia et conscientia exivit ab Anglia, et post exitum ejus me apud religiosos viros crudelitatis notabilem haberi voluit, in me vota principum et clericorum provocans, et odium gentium exterarum. Pro petitione tamen et reverentia et amore domini pape, licet

mihi gravissimum esset et voluntati mee admodum repugnans, et mihi molestissimum videretur, concedo quod ipse redeat in Angliam, et habeat archiepiscopatum suum cum ea integritate cum qua illum habuit, quando illum dimisit ; et sui similiter sua habeant, et ipse et sui pacem habeant ad honorem Dei et mei, salvis dignitatibus regni mei. Quod autem brevius vobis de presenti negotio, quam solemnitate, quibus presentibus actum sit, ex litteris datur intelligi, vobis diligentius et plenius intimabunt venerabiles fratres vestri qui aderant, frater Gaufridus de Altisiodoro, abbas de Mortuo Mari, abbas de Belbec, abbas de Rievallis, quibus, ut decet, fidem adhibebitis. Universitati autem vestre dissuasum esse desidero, ne de cetero tam facilem adhibeatis credulitatem, si quis in perniciem meam de me vobis sinistra predicare et persuadere voluerit. Preterea dilectioni vestre grates uberes exsolvo, quod ad petitionem meam fratrem Gaufridum mihi misistis. Et nunc iterum diligenter peto quatenus eundem quamcuius mihi remittatis ; necessariam enim mihi ejus intelligo discretionem et prudentiam, ut mihi presens adsit et aliquamdiu propinqua mihi ejus sit conversatio.

Teste G. archidiacono.

Apud Burum.